

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Mutuuum auxiliium. Emblema CLXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Mutuum auxilium.

EMBLEMA CLXI.



LORIPEDEM sublatum humeris fert lumine captus,
 Et socij hęc oculis munera retribuit.
 Quo caret alteruter, concors sic pręstat uterque:
 Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

COMMENTARI I.

- I.** CÆCVS baculo dubia regens vestigia, claudum quendam humeris impositum gestat, qui cæco viam digito & ore monstrare videtur.
- II.** *Fons Emblematis.* MVLTÆ sunt epigrammata Græca in hanc sententiam, eaq; lib. 1. Anthologiæ, tit. eis ἀναπύου. Sed vnum aut alterum attulisse sufficiat & primum quidem Philippi seu Iſidori:
 τυφλὸς ἀλητεῦσιν χολὸν πόδας ἤρτα-
 ζει,
 ὁ μάλιστα ἀλλοτρίοις ἀντὶραγιζόμενος.
- ἄμφω δ' ἡμιτελεῖς πρὸς ἑὸς φύσιν ἠρ-
 μόσθησαν,
 τέλλιστις ἀλλοτρίοις ἀντιπαρασχίμα-
 νοι.
- Cæcus claudum humeris gestat: pro munere tanto
 Ille oculos claudi mutua dona refert.
 Imperfecti ambo coeunt sed corpus in vno
 Quodq; deest, socio præstat uterq; suo.
 Cæcus errans claudum pede sustulit.
 Oculis alienis mutuum accipiens:
 Ambo quidem imperfecti ad vnius natura-
 ram

ram aptati sunt,
Defectum inuicem retribuentes [.i. ac-
commodantes, seu prebentes operas
mutuas.]

Cæcus operabat claudum pede sustulit;
ille

Alteriusq; oculos mutua dona capit.
Imperfecti ambo sese iuuere vicissim,
Alterius prompta sic fretus alter ope est.
Sic autem vertit Aufonius Gallus:

Verſo
Aufonij
Galli.

Insidens cæco graditur pede claudus utroq;
Quo caret alteruter sumit ab alterutro.
Cæcus namque pedes claudus gressumque
ministrat,

At claudus cæco lumina pro pedibus.

Idem alter:

Ambulat insidens cæco pede captus utroq;
Atq; alterna subit munia debilitas.

Nam cæcus claudus pede commodat, ille
vicissim

Mutua dat cæco lumina pro pedibus.

Thoma
Mori.

Sic verò Thomas Norus:

Claudus pedem gestat cæcus vicinus ocellis,
Conducitq; oculos arte, locatq; pedes.

Cæcus fert claudum, atq; opera conducit
eandem,

Istius ille oculos, istius ille pedes.

Extat & aliud eiusdem omnino argumē-
ti, auctore Antiphilo:

Aliud e-
pigramma
eiusdem
matéria.

ἄμφο μὲν πηροὺς ἀλλήμονες, ἀλλ' ὁ μὲν,
ὁ δὲ,

ὅς δ' ἑ βάζεις. ἄλλε δ' ἄλλος ὑπη-
ρέσιν.

τυφλὸς γὰρ χωλοῦ καταμάδιον ἑσέρος
ἄρας,

ἀπατὸν ὀφθαλμοῖς ὀμμασιν ἀκροβάσει.
ἢ μίαν δ' ἀμφοτέροις ἠρηκί φουσις. ἐν γὰρ
ἰκασῶ

τὴν ληπίς, ἀλλήλοισ ἐῖς ὅλον ἠράνισαν.

Ambo mendici cæcus, claudusq; fuero.

Alter at alterius sustulit arte malum.

Attollens humeris claudum qui luce ca-
rebat,

Claudi oculis dubiam tentat inire viam.

Coniuxerat simul quod fors utriq; negarat:

Natura ambobus sic satis una fuit.

Ambo quidem mutili & erronei, sed alter
quidem oculis,

Alter verò ingressu, alterius autem al-
ter ministratio [erat] .i. alter alteri
seruiebat.

Cæcus enim claudi superhumeralis onus
tollens

Viam alterius oculis, summis pedibus ibat,

Vna verò utrisque sufficiebat natura : in
vnoquoq; eaim

Defectum inuicem ad totum mutuata est.

Mutuli & erronei ambo: alter lumine cas-
sus,

Alter at ingressu mutua dona dabant.

Cæcus enim claudum tergo gestabat: ocellis
Alterius summis ibat iter pedibus.

Natura una utriq; satis, parilibq; facul-
tas,

Quo caret inq; vices alter & alter agit:

Sunt & alia duo ad idem spectantia, que à
doct. s. certarim conuersa huc non adicio:
sed illud tantum breuius. ex Politiano a-
scribam, quod nonnihil leporis habeat:

Τυφλὸς ἄπες τ' ἢ τιν ἀλλήλοισιν θερά-
ποιτες

Τυφλὸς ὀδηγεῖτο, ναπορορεῖτο δ' ἄπες.

Ve tradant operas sibi mutuo loripes, atq;
Cæcus, iter facit hic, fertur at ille pedes.

Cæcus, pedibusq; mancus erant sibi inui-
cem ministrantes:

Cæcus per viam deducebatur [à clau-
do] dorso ferebatur pedibus mācus.

Portauit cæcus vir claudum in tergo leuatus:
Acceptis oculis prauit ille pedes.

In hunc sensum lusit quoq; Faustus Sa-
bæus hoc epigrammate.

Mutuum auxilium,
Mendicum cæcus claudum ceruice ferebat,
Et ducebatur lumine ab alterius.

Ambo imperfecti corpus iunguntur in unū,
Recte eat ut claudus, cæcus ut inspiciat.

Monuit autem Pierius Valerianus hæc nō
temere, & poeticè conficta; habet enim il-
le tetrastichon hoc lemmate.

In celobres mendicos.
Quaretti edaci corpori vagus cibum

Claudum ferebat cæcus, illi seruerans
Pedes, ab illo serueratus lumina.

Quid non egestas dura mortales docet?
Donec igitur duo aut plures animo con-
cordes erunt, licet diuersis corporum æ-
gritudinibus laborent, facilè tamen mu-
tuò se iuuabunt, & alter alterius supple-
bit defectum. Memini me de Britanno

quodam legere, qui fuit tibijs contractis;

ita vt si locum mutare velle, sella vehen-
dus esset; fuit insuper re tenui: is duxit v-

xorem cæcam, & facti causam dixit: Sic
melius, aiebat, inter nos cõitabit amicitia,
feremus nos inuicè pares calamitate, neu-
tri futurum est quod exprobet alteri. His
itaq; tranquillus & innocens erat conui-
ctus

Epigram-
ma Poli-
tiani.

Fausti Sa-
bæi.

Historia
de Britã-
no clau-
do.

Clus, felix fecunditas, procreatis ex isto coning o duodecim fratribus robustis, nul loq; nauo de formaris.

III. Loricipes.

LORIPEDEM] pedum vsu carentem. Loripes compositum est à loro & pede. Dicuntur loripedes, qui pedes habent in tortos in modum corrigiæ: aut veriùs, qui blandos & carneos habent pedes sine ossibus, quales sunt populi in Aphrica, qui dicuntur Himantopodes, id est, loripedes, quibus serpendo ingredi natura est. Plinius lib. 5. cap. 8.

Fert lumine captus] cæcus, vsu oculorum priuatus.

Munera retribuunt] beneficia rependit, quæ à cæco accipit.

Quo caret alteruter, &c.] Huc versum alibi sic legi:

Quod dicitur concors: sic prestat uterq; vicissim.

Mutuo.

Mutuat] pro Mutuatur: Mutuus, as, certe apud probatos auctores vix inueniens; Latini dicunt, Mutuo dare, quod facile diligens lector deprehendet. Sed danda est Alciato veena, qui toties occurtebat Bartolis & Baldis. Quod si terse aures hoc non ferant, poteris verficulum vnica expuncta littera corrigere:

Hic oculos mutat, mutat & ille pedes.

Hic oculos] scilicet tardipes, claudus.

Ille pedes] nempe cæcus.

IV. Vnus vir, nullus vir.

EMBLEMATE hoc intelligi datur, ad sustentandam subleuãdamque humana vitæ inopiam, homine hominẽ indigere: vt enim non omnia fert omnia tellus, sic quibus non abundat quibuslibet, vnde peruulgatas habemus parœmias, Vnus homo, nullus homo: Manus manuum fricat: Multa manus reddunt onus leuius: Nô absque Thesoro: & alia multa eiusdem generis. Recte itaq; Menander:

ἄνθρωπος γὰρ ἀνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν. Χείρ χείρα νίπτει, καὶ δάκτυλος τε δάκτυλον.

Vir enim virum, et ciuitas saluat ciuitatẽ. Manus manuum lauat, & digitus digitum.

Geryonis mythologia.

Geryonẽ ideo lingunt multis oculis, multis manibus & pedibus præditum, quod in negotijs obeundis multorum opera vti cõiucient; quod in principe, vel alio quopiam, cui Reipub. summa credita sit, plurimum commendabile habetur: Nô enim omnia possumus omnes. Ideirco Pelopides laudatur, qui legationem initurus, cū se ad dicẽdum parum idoneum intellige-

ret, adiutorem sibi sociumq; muneris Epaminondam cooptauit. Sic Nicias cū ad labores tolerandos imbecillio admodū corpore & inexperto esset, Lamachum sibi & robustum & industrium socium accepit. Existunt quidem hic allusionem esse quandam ad συνδυασμόν, qua homines quibusdam veteribus appellati sunt συνδυαστικοί, quippè quos natura ita effinxerit ac formarit, vt gregales essent, & binii agerent. Ex quo & Platoni dicuntur, Ζῶα πολιτικά, id est, animalia ciuilia, & ad societatem nata: quandoquidem eo genio sint, vt sola viuere nequeãt, Itaq; præclare ille, qui humanum ingenium apicula comparauit: vt enim illa perire dicitur, si sola viuat, ita natura hominis ea est, vt sine opera mutua & societate vitã traducere nullo modo possit: vtque manus manum lauat, ita homo hominẽ mutua quadam necessitudine atque ope iuuat. In summa,

Homines συνδυαστικοί cur appellati.

Homines soli minimè viuere possunt.

Integrum ex medijs vnum fit ritẽ duobus, Si quando hic oculos mutuat, ille pedes.

Quis enim artifex tam per se sapiat, rãtas que habere facultates putatur, vt non indigeat aliorum artificum auxilio mutuo? Id autem cū à natura prouida omnium matre profectum sit, vt singuli quibusdã rebus ad vitã præsidium & ornatum indigeant, quo eas ab alijs mutuo capiant, vt ipsi meminerint aliquod suum officium esse mutuo & vicissim rependendum: certe nullus nostrum est, qui vel cæci vel loripedis agar partes, vt quã sit eundem, minimè videat, aut quã progrediendum vterius, planè non habeat. Quid, cæce, consilij capies, quod te in viam huius vitæ anxie ac moleste conijcies; quid, inquam, homo quantumuis diues ac locuples consilij capies, vt te possis tandem expedire ex inopie angustijs, quæ non sinunt te vltra progredi, nisi ducatum tibi præstet aliquis oculus? At, claudes, & pedibus cæce, quod te proripies; imò verò erudite licet ac Musarũ alumne, an te loco mouebis, nisi primum firmis cuiusdam opulenti beneque nummati humeris sustententis? Sed quotusquisq; est, cui non perspicuum sit quã longè lateque pateat officij huius mutui vsus? Nullum omninò rerum genus est, quod aut anullum à cæteris per seipsam constare, aut vim suam atq; æternitatem conseruare possit. Stoici quæ in terris gignuntur

Ad mutua officia omnes tenentur.

gnuntur, aīne ad vsum hominum creata esse: homines autem hominū causa genitos, vt ipsi aliis alii prodesse possent: qua in re necesse est naturam ducem optimā sequi, & vtilitates omnes in medium conferre officiorum commutatione, dando, accipiendo, commutando, conducendo, & ceteris eiusdem generis, tum artibus, tum opera, tum facultatibus hominum inter homines societatem deuinciēdo. Iam ve-

rò illa sapientia, vt sapienter ab Oratore dictum, diuinarum atque humanarum rerum scientia est, in qua continetur Deorum & hominum societas quædam & cōmunitas inter ipsos. Quod cū ira sit, meminimus ad extremum, quod antè dictum est, vnum hominem pro nemine habendum: vnum, inquam, nihil ferè, duos simul iunctos permulta facere & consequi posse.

Auxilium nunquam deficiens.
EMBLEMA CLXII.



BINA pericla vnis effugi sedulus armis,
Cum premererq; solo, cum premererq; salo.
Incoluem ex acie clypeus me præsilit: idem
Nauis fragum appensus littora adusque tulit.